



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,  
doctrina excutitur, scripta recensentur

**Origenes**

**Rothomagi, 1668**

XXII. quae ex ipsius verbis proponitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-25059**

pro salute Daemonum Deum futurum quod fuit ijs, ad quos venturus est liberandos. Tum verba ipsa A  
Origenis exhibet, unde accusationi sua robur addat, & nos ea quoque infra referemus.  
Notandum interim diserte affirmare Hieronymum neutiquam dixisse Origenem Christum pro salute Daemonum Daemonem futurum, quod neque apud illum legerat Theophilus; sed ex Origenis dictis id uterque ratiocinando collegit; cum Christum tamen Angelis & ecclesiis Virtutibus in sua quibusque forma appannuisse scripsisset, ut ostendemus paulo post. Superiorum etiam similis est Orosij apud Augustinum adversus Origenistas conquestio in Commonitorio, quod inter Augustini opera, in capite libri contra Priscillianas & Origenitas edi solet: *De corpore vero Domini sic trididerunt, quis cum usque ad nos veniens Filius Dei post 100 milia annorum ortus eo usque non fuerit, sed predicans remissionem Angelis, Postolatus, atque universi superioribus, cum qualitate formae eorum quos visitaret assumeret, usque ad pulchritudinem carnis affumionis specie transirebbe. Ex eo quoque potissimum Origeni confusione invidiam Aegyptios Episcopos refert Posthumianus apud Sulpitium Severum Dialog. 1. cap. 3, quod in ejus libris legeretur, quia Dominus Iesus, sicut pro redempzione hominis in carne vel noster, crucem pro hominibus fecerit passus, mortem pro hominibus aternitate gressusset, ita sicut eodem oratione postponit etiam Diabolum redempturam: quia hoc bonitatis illius, pietatisque congereret, ut qui perditum hominem resurrexisset, prolapsum quoque Angelum liberaret. Hinc Bernardus Serm. 44. in Cantie, Cantic. Designe inquit, operatus est salutem in medio terra: numquid & in medio aera? Hoc adversum Origenem, qui in aere Dominum gloria denuo pro Daemonibus impudenti crucifigunt mendacio; cum huius confessus mystery Paulus affirmet, quod resurgens ex mortuis iam non moritur; mors illi ultra non dominabitur. & Albertus Magnus in Epistola 8. Dionysij: Non quod futurum sit Christianum iterum pati, secundum Origenem errore. Pejus quid ex ipsi Origenis verbis reprobatur Iustinianus Imperator in Epistola ad Menam, futurum nempe ut pro Daemonibus crucifigatur Christus, idque se penumero per secula futura. Tum in subiectu huic Epistola anathematim Origenem tangit, cum eos damnat qui dixerint Verbum Seraphim factum esse Seraphim, & similem reliquis coeli Virtutibus; & cum addit anathema esse qui dixerint Christum in seculo futuro crucifixumiri pro Daemonibus, sicut & pro hominibus.*

Nicephorus inter hareses Origeni adscriptas damnam illam fuisse refert, & in cap. 17. cap. 27. dicitur quod Christus crucifixus pro Demonibus, & seipso in futuris scilicet idem perpetius a spiritibus nequit qui sunt in cælestibus. Horribile vero est & execrandum quod D. Iohannes Damascenus in libro De Heresibus Origeni perfusum fuisse ait, nempe Christum unum cum Diabolo a rege gubernatum iri, eunque in cræcum actum Damonibus falsa denuntiatur.

XXIII. Non satis vero ipse sibi videtur constare, cum rationem modumque explanat, quo res rationis compotes à corruptionis servitio Christus liberavit. Nam singulis Angelorum ordinibus, in sua uniuersitate forma appatuere, Evangelium prædicasse, & in cœlo denique mortem pro iis obiisse sciscere videtur aliquando. Velut cum ait Hom. 8. in Gen. Considerandum est quia Angelus hec referunt ad Abraham locutus, & quia in consequentiis evidenter